



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 70. Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus eius cui abscidit auriculculam: non ego te vidi in horto cum illo. v. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

§ 69. *Negavit ille & dixit: non sum. v. 25.*

Ecce humanam fragilitatem ad verbum hominis terretur homo, terretur Apostolus, terretur Ecclesie futurus caput Princeps, qui paulo ante, tam fortis videbatur, ut ad mortem paratus fuerit ire cum Domino suo causam huius negationis ex parte Petri iam pridem & sæpe dixi fuisse nimiam de seipso fiduciam, quam haud obscure iudicavit cum dixit: *etsi omnes scandalizati fuerint in te ego nunquam scandalizabor, & Christo illi prædicente non cantabit gallus donec ter abneges nosse me, ipse subiunxit, Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.*

O Petre, si tu istis verbis addidisses hanc vocem: *per tuam, Domine, gratiam, conforta me obsecro ad hoc quod proposui adimplendum, forte felicius successisset tibi tua promissio. nunc autem omitte hanc, videris de flexisse ad Pelagianismum, in quem omnes homines libenter suapte natura prorunt. quia malunt sua industria & vi vincere & sapere & magna agere, quam alienis. O Deus averte à nobis tam periculosum errorem, & assectum.*

§. 70. *Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus eius cui abscidit auriculam: non ego te vidi in horto cum illo. v. 26.*

Iam recurrit maius periculum, quia hætenus remotè & quasi de longinquo oppugnatus est Petrus. nunc arctius circumvallatur, oculatus enim testis prodit, sic fere loquens: *Quid vis nobis imponere? quid mentiri?*

O Petre nonne tu ipse es, qui cognati mei Malchi abscidisti aurem in horto dexteram? Petrus totus expavescit, quid ageret, quid diceret, circumvallatus militibus & clausus inter angustias, miserabiliter elegit mendacis uti cœperat transigere, & sese illis uti clypeo salvare.

§. 71. *Iterum ergo negavit Petrus. v. 27.*

Iam dixi quo confugerit Petrus positus in ancipiti confessionis & inde securæ, uti opinabatur, suæ confusionis, & contusionis, nempe ad mendacium; illo tamen se perdidit, animam occidit, Christum amisit, ministros aulae Pontificiæ non lucrifecit, ex aula cito vacuus abcessit, imo pro ministris ratione utentibus, tortorem gallum gallinaceum accepit. Hoc tamen unum impetravit, nempe quod ad tempus breve in aula pseudo-Pontificis perduravit, donec Christus ibi condemnatus fuit, & Pontifice excidente iure Pontificatus per lacerationem vestis suæ, fragmenta & aus aulae huius ad se præsens traxit, in quo casu etsi mendacis egit, aliquid
tamen